

1280, agost, 30

*L'abadessa Berenguera de Sant Daniel reduceix a Bernat Gener de Montilivi les dues tasques que satisfèia per una vinya, les sarments de la qual són mortes en part, a cens d'un parell de gallines, a fi que hi planti avellaners.*

ASD núm. 248, perg. orig., 280 x 210 mm, carta partida. Còpia: Llibre de capbreuacions, núm. 87, ff. 142-143.

Sit omnibus notum quod nos Berengaria, Dei gratia abbatissa Sancti Danielis Gerunde, considerata in hiis et inspecta utilitate nostri monasterii, per nos et omnes succedentes nostras, de assensu conuentus nostri reducimus tibi Bernarda Ianuarii de Monte Hiribi et tuis in perpetuum ad annualem censum unius paris gallinarum illas duas taschas panis et uini quas monasterium nostrum accipit et accipere debet in illa tua tenedone in qua consueuit esse uinea et adhuc sunt uites, que uinea propter uetustatem quasi destructa est, et uocatur uinea de Uillarubea, et est in parrochia Sancti Felicis Gerunde, que affrontat ab oriente in uineis Daudid Brunelli, a meridie in uinea Petri Sunearii, ab accidente in honore Ianuarii de Undare et a circio in medio torrentis qui ibi est, ita quod in dicta tenedone possitis plantare et habere auellanarios et alias inde uestras facere uoluntates, et dum cessauerit ibi esse bladum uel uinum preter de uitibus que ibi nunc sunt, laco et racione dictarum duarum tascharum donetis inde nostro monasterio dictum par gallinarum in festa Natalis Domini annuatim de censu, et de uitibus que ibi nunc sunt nec etiam dum aliud uinum uel bladum ibi cessauerit esse de cetero non teneamini nobis uel dicto monasterio de dictis taschis inde prestandis, sed loco et racione earum dictum par gallinarum censualem no bis. detis; set si forte habebitis ibi panem uel uinum preter de uitibus ,que ibi nunc sunt, donetis dictas duas taschas inde nobis, et dum illas taschas nobis soluetis, non teneamini soluere uel dare dictum censum gallinarum. Et dum dabitis inde nobis dictum censum donetis nostro capellano sex denarios annuatim barchinonenses de terna in mense augusta loco et racione decime et primicie quam ibi accipit, sed dum nobis dabitis dictas taschas, prestetis ei decimam et primiciam et non dictos .VI. denarios, dum decimam et primiciam dabitis, et sic predicta omnia perpetuo obseruentur. Et pro hac concessione confitemur a te recepisse ad utilitatem nostri monasterii, renunciando excepcioni non numerate peccunie, quindecim solidos barchinonenses de terna, et si forte amplius inde habere deberemus, totum tibi damus donacione inter uiuos. Et ego Bernardus lanuarii predictus, per me et meos, firmans et concedens predicta, promito ea omnia attendere et complere ut superius per uos dictam dominam abbatissam superius exprimitur.

Actum est hoc .m. kalendas septembris anno Domini .Mec. octuagesimo.

Sig+num Berengarie, Dei gracia abbatisse predicte, sig+num Cecilie de Fuxano, priorisse, sig+num Beatricis de Paleria, sacristane dicti loci, sig+num Bernardi Ianuarii predicti, qui hoc firmamus et laudamus. Testes sunt Petrus Artalli, clericus et Berengarius Mireti, capellanus Sancti Danielis et Bernardus de Duobuscheriis.

Eg(s. man.) o Bisullunus Burgesii, tenens locum Raimundí de Toyano, publici Gernde notarii, hoc scripsi et clausi cum dampnamento in .xx. linea, ubi continebatur "superius".

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 511-512